

De iudicio

De hereditate

De bonis

De iudicio p[ro]p[ri]o

De iudicio

De iudicio

De iudicio

De iudicio

De iudicio

De iudicio

De iudicio

De iudicio

De iudicio

De iudicio


De iudicio

De iudicio

De iudicio

De iudicio





Handwritten text on the adjacent page, including the number '3' and some illegible characters.



1657.

1. Bechmann, Johannes Bartholomaeus: De Lusacia
2. Richter, Christophorus Philippus: De tributis
3. Sagittarius, Joh. Christophorus: De homagio.
4. Schroeterus, Emericus Fridericus: De patria potestate
5. Schroeterus, Emericus Fridericus: De advocatis.
6. Stueve, Georg Adamus: De actionibus.
7. Stueve, Georg Adamus: De obligatione
8. Stueve, Georg Adamus: De solenni obligatione ritibus
9. Stueve, Georg Adamus: De foro seculari et ecclesias-
tico in Imperio Romano - Germanico competente
10. Thomae, Johannes: De aleatoribus.
11. Thomae, Johannes: De religiosis
12. Thomae, Johannes: De revocatione feudi
13. Thomae, Johannes: De usucapionibus et praescrip-
tionibus.
14. Thomae, Johannes: De non numerata pecunia.


15. Thomae, Johannes : De anargyria
 16. Thomae, Johannes : De pecunia numerata
 17. Ungepaur, Erasmus : De cedendo actionibus
 18. Ungepaur, Erasmus : De accessionum quibusdam
 maxime controversis speciebus

1652.

1. Olpius, Severus Christophorus : Legatus.
 2. Richter, Christophorus Philippus : De exceptione
 non numeratae pecuniae
 3. Stevoglus, Paulus : De potestate legis in re publica
 4. Struve, Georg Adamus : De jure pacis.
 5. Struve, Georg Adamus : De jure accrescendi.
 6. Struve, Georg Adamus : De libertate naturali restricta.
 7. Thomae, Johannes : De duobus reis.
 8. Thomae, Johannes : De jure vario

eta.





1277

XIV

1657, 8^b

9

8

COELESTI ADMINICULANTE GRATIA!

DISSERTATIO JURIDICA

DE

SOLENNI OBLATIONE DEBITI,

Quam

Consensu atq; auctoritate

Magnifici, Nobilissimi atq; Amplissimi Jctorum

Ordinis in florentissima LL. nutrice Salana

PRÆSIDENTE

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo nec non

Excellentissimo

DN. GEORG-ADAMO Struben/
Jcto eminentissimo, Prof. Publ.

famigeratissimo, Consiliario Saxonico, Dicasterii Pro-
vincialis & Scabinatus Adessore gravissimo; Domino Pa-

trono, Mecœnate ac Præceptore submissâ mente

semper devenerando, atatem

colendo.

Pro virili tueri conabitur

AHASVERUS FRITSCHIUS, MÜCHL. TH.

In Jctorum acroasi

ad diem 23. Augusti loco horisq; suctis.

JENÆ

Excudebat CHRISTIANUS LAURENTIUS Kempff.

ANNO M. DC. LI.



247
DIPLOMATICA JURIDICA

SOLLENNI OBOLA
THEORIE DEBITI

GOVERNII SVEVICI
MAGISTRI THEORIE DEBITI

DR. GEORG. ADAM. GINNEUM
PRO ORDINE PUBL.

AN. SVETUS FRITSCHEUS MAGISTR.

1784
FRANCOFURTI AD M. S.





Karà τὴν Ἐθεῶν διόρθωσιν.

IN perdiscendâ Jurisprudentiâ plurimum laboris atq; temporis esse positum, haut abnuic sacratissimus Imp. Justinianus §. 2. *Inst. de J. & J.* Vastum hoc & patentissimum Juris æquor decurrentibus apertissimè id constat. In tantâ autem rerum varietate ipso J. Cti ammonitu, cùm ea, quæ cotidiana, usumq; in communi vitâ habeant frequentem, sæpiùs ac plenius pertractanda sint, inq; stadio legali decurrenda: nemo etiam sit, qui utilia lubens effugiat, aut potiùs ea non studiosissimè persequatur. *Cic. 3. Off. Senec. in Epist. ad Lucil.* Materix hujus dignitas, nec minor necessitas atq; utilitas animum mihi subministravit atq; calamum, paucula quædam rudiori quidem Minervâ, crassoq; ac pingui stilo congesta placido amicorum committere colloquio. Profectò vanus existimer, si limatam, atq; omnibus numeris absolutam hujusce materix tractationem promitterem, & sic onus, cui humeri mei atq; ingeniolum ferendo minimè sint subeam. Sed præfari desino. A te, Maxime Jesu, scaturigine omnis justitiæ ac sapientiæ uberrimâ, principium ac fundamentum esto hujus nostræ velitationis.

VArii ut sunt obligationum introducendarû, sic & tollendarum modi, quorum numero continetur pecuniæ seu rei debitæ oblatio, de quâ in præsens divino nixi juvamine per brevibus agemus. † Deducitur oblationis nomen à verbo, obferre, quod notat Repræsentare, exhibere. Nomen ipsum repræsentationem significat. † Describi autem potest Oblatio, quod sit rei debitæ repræsentatio. *Boc. class. 4. disp. 19. th. 56. Taco à Glins tr. de morâ part. 1. aph. 16.* † Eaq; commodè à Dd. com. dividitur in verbalem & realem. post *Negus. Schneidew. ad §. fin. n. 12. & seqq. Inst. quibus mod. tol. obl.* † Verbalis est, quando quis non habens pecuniam, vel aliam rem, quam vult debetve præstare, verbis

A 2 tan-



- 6 tantum offert, se paratum solvere, vel prestare. † Et hæc adhi-
beri potest, si incorporalis vel immobilis sit res; cum impossibi-
le sit, tales res manu offerre. *N. 91. c. fin. junct. auth. dos data. C. de*
7 *donat. ante nupt. & ibi Goth.* † Verbis autem ejusmodi res ita offer-
tur, si debitor creditori certum facit se nomine ipsius possidere. *l. 18.*
ff. de acq. poss. aut si creditorem mittit in vacuam possessionem. *l. 34.*
ff. eo. & tantum hæc operatur, quantum realis ad constituendum
8 adversarium in mora. *d. auth.* † Hæc (realis) fieri tunc dicitur, quan-
9 do pecunia vel res, quæ offertur præsens est: † vel cum debitor
speciem debitam creditori representat, aut pecuniam annume-
rat, insimul ostendit, paratum se esse eandem illi tradere. *Boc. d. l.*
10 † Realis iterum vel nuda est, vel solennis. Nuda dicitur, in qua
11 præter solam oblationem nihil amplius intervenit. † Solennis
(de qua institutum hoc nostrum) ubi hæc tria ordine concurrunt
1. oblatio pecuniæ debitæ 2. oblatae, sed à creditore non acceptæ,
obsignatio 3. obsignatae in locum publicum depositio. *l. 6. l. 9. l. 19.*
C. de usur. l. 7. ff. eo. l. 10. l. ult. C. de pign. act. l. 20. C. de pign. & hyp.
cum simil. Schneidw. d. l. Wesemb. in π. t. de solut. n. 8. Zang. in ele-
ganti tr. de except. part. 1. c. 2. n. 2. Cl. Dn. Ludwell. disput. 14. th.
ult. lit. a. Ex his etiam colligere licet, quæ nuda vel solennis ob-
signatio & depositio sit.
12 † Regulariter autem offerre ac solvere potest quivis debi-
tor, cui rerum suarum libera est administratio. *l. 14. §. 1. cum seqq.*
13 *l. 84. ff. de solut. l. 29. ff. de Cond. indeb. & c.* † non solum per se, sed
& per alium. *arg. pr. Inst. quib. mod. tol. obl. l. 23. l. 40. l. 53. ff. de*
sol. Dn. Ludw. d. D. th. 7. lit. C. ut per Procuratorem, cui id specia-
liter mandatum est, ut offerat ac solvat, vel cui administratio
omnium bonorum concessa est. *l. 64. l. 87. ff. de sol. l. 18. C. eo. l. 59.*
ff. de Procur. vid. Excell. Dn. D. Hahn in not. ad Wesemb. tit. de
Procur. n. 7. Quod enim quis facit per alium, perinde est ac si fa-
14 ciat per se ipsum. *c. qui facit. 72. de R. J. in 6.* † Sed & si quis man-
datum non habeat: nihilominus pro ignorante solvere ei licet,
cum sit jure civili constitutum, licere etiam ignorantis melio-
rem conditionem facere. *l. 39. ff. de neg. gest. l. 53. l. 23. l. 40. de sol.*
Zang. d. tr. c. 1. n. 61. & seqq. modo creditor id ratum habeat.
15 *Diss. Den. lib. 16. comment. c. 13.* † Contra offerre ac solvere ne-
que-

queunt; quibus libera bonorum administratio adempta est, qua-
lis est furiosus, prodigus, pupillus sine tutoris vel curatoris au-
toritate. l. 14. §. fin. cum seqq. ff. de solut. l. 9. §. 2. ff. de auct. &
conf. tut. l. 29. ff. de cond. indeb. Cl. D. Ludw. D. 3. th. 9. lit. d. † Ali- 16
nare enim Prodigus sine Curatoris interventu non potest, i. e.
neq; dominium transferre. l. 10. pr. ff. de Cur. fur. neq; possessio-
nem. l. 8. ff. de acquir. poss. junct. l. 49. de R. 7. Excell. Dn. D. Thoma,
Præceptor meus quavis animi culturâ æviternum prosequendus in di-
sp. de Prodigio art. 15. th. 3. & seq. † Sed Q. an minor curatorem 17
habens solvere rectè possit? neg. Wes. ad t. de solut. n. 3. & rectè
arg. l. 3. C. de restit. in integr. non obst. l. 101. de V. O. qui textus lo-
qui videtur de contractibus, qui ad usum vel factum, non autem
ad alienationem tendunt. Ampliss. Nobiliss. aq. Excell. Dn. Præses,
Præceptor ac Patronus meus omni honoris cultu ætatem devenerandus
in prælect. publ. super tit. π. de Pact. vid. Magnif. Dn. D. Unger. exerc.
Inst. 10. q. 4. Nob. D. Schnobel. disp. ad π. 24. th. 23. add. Dn. D. Arum.
exerc. 3. th. 17. † Si enim alienare minor sine curatore prohibe- 18
tur, rectè etiam solvere, cum solutio species sit alienationis. arg.
l. 14. §. fin. ibi. non fient accipientis. l. seq. ff. de sol. Diff. Zang. d. tr.
c. 1. n. 26 & seqq. † Quòd si prædictæ personæ obtulerint & sol- 19
verint, solutum non faciunt accipientis, sed si adhuc existet, vin-
dicari potest, sin bonâ fide absumtum, solutionis loco cedit.
§. fin. Inst. quibus alien. lic. l. 14. ff. de sol. l. 9. §. 2. ff. de auct. & conf.
tut. l. 19. §. 1. ff. de reb. cred. l. 24. in pr. ff. de O. & A. Don. d. l.

† Porrò rectè offertur ac solvitur cuivis creditori, cui ex 20
obligatione res debetur; etiam adjecto solutionis causâ in obli-
gatione. §. 4. vers. planè. Inst. de inutil. stip. l. 9. l. 10. & seq. l. 12. §. 1.
l. 34. l. 59. l. 95. ff. de sol. l. 7. §. fin. de pecun. const. Zang. post alios d.
l. n. 121. & seq. adeoq; debitor adjecto solvens plenariam conse-
quitur liberationem. d. §. 4. † Extraneis autem non nisi volente 21
mandanteq; creditore. l. 39. ff. de neg. gest. l. 19. vers. sed si jussu ejus.
ff. de sol. & c. ut cum procuratori generali, vel ad hoc speciale
mandatum habenti solvitur. l. 12. & l. 34. §. 3. ff. de t. l. 6. §. 2. de
Cond. indeb. l. 20. §. fin. de pact. † & actoribus, pecuniis recipiendis 22
præpositis. l. 18. l. 19. l. 94. ff. eo. Nob. D. Schnob. D. 23. th. 25. Wes.
d. l. n. 4. † Oblatio autem & solutio non rectè fit ad recipiendam 23

solutionem inhabilibus, quales iterum sunt Pupillus, minor, fu-
 riosus, prodigus. *S. fin. Inst. quib. alien. lic. l. 14. & seq. l. 68. ff. de
 sol. l. 25. C. de admin. tut. vid. Excell. Dn. D. Thomæ pralaud. D. art.
 14. th. 3. Dn. Schnob. d. D. th. 24. Cl. Dn. Ludw. d. D. 3. th. 9. lit. c.*
 † Debitor autem pupillaris tum demum tutori & creditori tu-
 tissimè offert & solvit, si præceptum seu decretum iudicis acces-
 serit, quo interveniente, plenissimam securitatem consequitur,
 ita ut quamvis tutor vel curator pecuniam decoxerit, nulla ta-
 men pupillo, vel adulto restitutio in integrum concedatur per
 tex. express. *in l. 25. l. 27. C. de admin. tut. S. fin. Inst. quib. alien. lic.
 Excell. D. Hahn. ad Wes. t. de min. n. 6 p. 342. Confer Magnif. Dn.
 Carpz. lib. 5. R. 67. per tot.*
 † Nunc videamus de rebus, quæ offerri & solvi possunt.
 Offerendum autem ac solvendum id, quod debetur. Non enim
 est creditum nisi ubi est debitum, nec solutio intelligitur, nisi
 ejus quod debetur. *Nicol. de Passeribus concil. leg. p. 429. sive res sit,
 seu factum. pr. Instit. quib. mod. toll. obl. l. 2. §. 1. ff. de R. C. l. 9. §.
 3. ff. de pign. act. l. 16. & seq. C. de solut. Wes. d. l. n. 4. sub. fin. versic.
 id autem solvendum. Zang. d. tr. part. 3. c. 1. n. 139. Dn. Schnob. d. D.
 th. 16.* † Aliud enim pro alio regulariter invito creditori non re-
 ctè solvit debitor. *l. 2. §. 1. ff. de R. C. l. 46. in pr. l. 50. l. 57. l. 98. §. 6.
 ff. de sol. & c. Wes. d. l. n. 5. Zang. n. 140. & seq. Treutl. vol. 2. disp. 29.
 th. 2. lit. C. & alii.* † Sanè si liberum esset, id non solvere, sed aliud,
 naturæ obligationis id contrariaretur: immò iniquum esset,
 non tribui cuiquam, quod ei debetur. † Aliud tamen præstare
 potest debitor, si nummorum facultatem non habeat, nec sua-
 rum rerum emtores facile inveniat: hoc enim casu debitori li-
 cet res immobiles solvere creditori, quas in solutum accipere
 compellitur, & per hoc obligatio tollitur, nisi res evincatur. *auth.
 hoc nisi obiter. C. de solut. N. 4. c. 3. ubi Cuj. l. 4. C. de evict. Zang. d.
 tr. p. 3. c. 1. n. 139. & multis seqq p. 318.* † Hoc tamen casu, si plures
 res habeat debitor, de jure communi electio creditori datur, rem
 optimam accipiendi in solutum. *d. N. 4. c. 3.* † Idem obtinet, si
 in casu bonorum deficientium debitor nomina, certa tamen,
 idonea, & exigibilia offerat. *Brieff und Siegel. l. 96. §. 2. ff. de
 sol. l. 6. C. de O. & A. Coler. de process. exec. p. 1. c. 6. Conf. Zang. d.
 p. 3. c. 1. n. 147.* † Re-

† Requisite solennis oblationis videbimus. Primum autem solennis oblationis requisitum est, ut pecunia seu res debita realiter offeratur, i. e. ut creditori debitor rem debitam repræsentet, simulq; ostendat, se paratum esse, illi eam in præsentia tradere, si velit. v. g. si species debeatur, ea tunc rectè offerri dicitur, cum paratus est debitor eam nunc de manu in manum tradere præsentem: sin verò pecunia, si eam debitor ad creditorem perfert, & adnumeratam eidem ad solutionem repræsentat. Idq; colligitur cum ex verbo ipso, cui inest præpos. ob i. e. juxta, & ferre tum ex l. 82. ff. de condit. & demon. l. l. 72. in pr. & §. 3. ff. de solut. l. 13. §. 8. ff. de act. emt. l. 6. l. 19. ubi Dd. C. de usur. vid. Boc. class. 3. D. 22. th. 61. Zang. d. tr. c. 2. n. 49. Don. & alii. † Excipiuntur tamen nonnulli casus, in quibus realis oblatio necessaria non est. Primus est in specie l. ult. C. de usur. pupill. ubi placuit, tutorem, qui pupillo judicialiter denunciavit, ut iudicio ageret ex causa tutelæ, sortis debitæ usuras non præstiturum, si pupillus consultò id differat, incertumq; sit, quantam pecuniæ summam debeat ex administratione tutelæ. 2. si debeatur res incorporalis vel immobilis. Magnif. Dn. Carpz. lib. 5. Resp. 99. n. 36. add. Zang. d. c. 2. n. 159. qui priorem casum extendit ad alias actiones generales, pro socio; Negotiorum gest. &c. In quibus de quantitate debiti haut constat.

I I. † Totum debitum offeratur per tex. in nobili l. 122. ibi integram summam. l. 135. §. 2. ibi reliquum pretium. ff. de V. O. l. 9. ibi rotius debita pecunie C. de solut. l. 6. ibi integra pecunia C. de distr. pignor. Dn. Ludw. d. D. lit. d. & ibi cit. Ratio: quoniam ex naturâ obligationis jus quæsitum est creditori solidum persequendi, quod jus ei invito adimi non potest. vid. Hottom. quest. illustr. 22. p. 178. Et solutio partium non minima incommoda habet. l. 3. ff. fam. hercisc. æquitati autem non convenit, quemquam alterius facto gravari. l. 155. de R. J. non obst. l. 41. de R. J. l. 7. C. de solut. Et hæc hæc ferè commun. sententia. vid. Dn. D. Arum. D. 23. th. 15. Schneidw. ad §. fin. Inst. quib. mod. toll. obl. n. 17. Dn. Schnob. d. D. th. 27. Tr. vol. 2. D. 19. th. 2. lit. b. & ibi Barb. Confer tamen novissimè Magnif. Dn. Carpzov. in asyl. debit. posit. 64. §. 93. & seqq. lit. x. & eundem lib. 5. R. 99. n. 8. & seqq. † Ampliatur hæc

con-

31

32

33

34

35 **conclusio**, quod offerri debeat non solum totum debitum prin-
 cipale, sed etiam interesse, seu usurae. *per tex. in l. 135. §. 2. ibi. re-
 liquum pretium cum usuris ff. de V. O. l. 41. §. 1. vers. non retardare
 totius debiti usurarum praestationem ff. de usur. l. 6. C. ibi. pecuniam
 debitam cum usuris integris l. 19. ibi. sortem cum usuris ff. de V. O. Dd.
 tom. Zang. d. c. 2. n. 4. Confer Magnif. Dn. Carpz. lib. 5. Resp. 99. n.
 6. addit. Taco à Glins d. tr. aph. 17. † Nihilominus in quibusdam
 casibus particulariter solvere & offerre permittitur, ut 1. si ab
 initio convenerit, ut particularim solvi liceret, cujusmodi con-
 36 ventioni omnino standum. l. 41. §. 1. ff. de usur. Pac. ad. l. 19. C. de
 usur. Don. & Zang. alleg. loc. 2. † si pars debiti sit liquida, altera
 verò contentiosa, tunc id, quod liquidum rectè offertur. l. 21. ff.
 de R. C. Dd. com. hic. 3. in casu l. 4. §. 6. ff. de stat. lib. 4. in casu l. 4.
 C. de collat. fund. patrim. ubi constitutum, licere possessoribus
 fundorum patrimonialium pensionem annuam particularim
 solvere, dummodo numerum ternæ illationis non excedant,
 Zang. d. c. 3. n. 29. Bach. ad tr. vol. 2. D. 19. th. 2. lit. b. §. in casu
 l. 2. §. 4. ff. de eo quod cert. loc. 6. in l. 5. §. 1. ff. de solut.
 37 **III.** † Ut debitum, seu pecunia mutuo data offeratur in
 eadem qualitate, seu bonitate, quæ fuit tempore contractus; in
 aliâ namq; invito creditore solvi non potest. *per l. 3. sub. fin. ibi
 debitorera liberari, si eadem bonitate mutuum solvat, quâ accepit. ff.
 de R. C. l. 69. ubi dicitur; in contractibus eam estimationem inspici-
 endam esse, quâ fuit tempore contractus ff. de contrah. emt. ibiq; Go-
 thof. Magnif. Dn. Carpz. lib. 5. Resp. 93. per tot. Dn. D. Arum. d. D.
 th. 17. Nob. Dn. Schnob. d. D. th. 26. Confer Excell. D. Hahn in not. ad
 Wesemb. t. de R. C. n. 12. p. 478. Geil. 2. O. 73. n. 9. add. Magnif. Dn.
 38 D. Frantzk. exerc. 9. n. 40. & seqq. † Ratio hæc videtur æquisi-
 ma, quia mutuaus pecuniam, idè eam accipit, ut statim expen-
 dat, & in suos usus convertat. Rectè igitur in eâ bonitate reddi
 debet, quâ ad manus debitoris pervenit, & in utilitatem suam,
 39 expensâ est. † Quæ conclusio secundum veriolem & æquiolem
 Dd. sententiam procedit, sive mutata sit moneta in bonitate ex-
 trinsicâ, h. e. in estimationis valore & usu, seu intrinsicâ h. e.
 materia & pondere. Dn. Carpz. d. l. vid. novissimè Taco à Glins d. tr.
 40 aph. 19. n. 7. Confer eleg. D. Hahn d. l. † Limitantur tamen prædi-
 cta,**

8.
Etia, si aliud actum sit pacto contrahentium, quod in omni con-
troverſiâ monetariâ præprimis attendendum, cum ex eo (modò
mutui ſubſtantiæ & æquitati naturali conveniens ſit) contractus
legem accipiat. l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 1. §. 6. ff. de poſ. l. 72. ff. de con-
trab. emt. l. 52. de V. O. & c. Conf. Mynſ. cent. 4. obſ. 1. † Controver-
titur hîc à Dd. num pecunia credita in alio genere, quàm quo
mutuò data eſt, offerri ac ſolvi poſſit? ut ſi alicui credita eſt cer-
ta pecuniæ ſumma in monetâ aureâ, utrum poſſit in monetâ ar-
genteâ reſtitui vel cõtrâ? † Arridet diſtinctio Dd. utrum ſc. inter
contrahentes de pecuniâ creditâ in eodem genere reſtituendâ
convenerit, nec ne, priori caſu, conventioni omninò ſtandum,
cum in traditionibus rerum quodcunq; pactum interpoſitum
valeat. l. 48. ff. de pact. l. 23. verſ. ſed hæc iſt. ff. de R. J. cum ſim. Zang.
d. tr. p. 3. c. 1. n. 167. † poſteriori caſu pecunia credita in alio quoq;
genere rectè offerri ac ſolvi poteſt. Per l. 65. §. 1. ff. de V. O. † Eſtq;
ratio, quia in monetâ non corpus, ſed potius quantitas, ſeu æſti-
matio & valor ſpectatur. l. 1. ibi non tam ex ſubſtantiâ, quàm ex
quantitate & c. ff. de contrab. emt. l. 19. §. 2. ff. de cond. indeb. arg.
l. 34. §. 1. de leg. 1. l. 5. de impenſ. in res dot. Ideoq; nil refert, ſi cre-
ditori pro nummis argenteis aurei reſtituantur. add. Hottom. ill.
quaſt. 15. Zang. d. l. n. 63. Dn. D. Arum. D. 23. tb. 16. † Aliud dicen-
dum, ſi creditor ex eâ re damnum paſſurus ſit. Per l. 99. ff. de ſol.
Excell. Dn. Hahn. d. l. n. 12. p. 477. Dn. Schnob. d. D.

IV. † Offeratur pecunia, ſeu res debita loco opportuno,
congruo & idoneo. l. 39. ff. de ſol. l. 32. ff. de uſur. l. 9. C. de ſol. l. 122.
in pr. ff. de V. O. & c. ex quo conſequitur, eum qui pecuniam Ephe-
ſi ſolvere promiſit, ſi Romæ offerat nihil agere, h. e. oblationem
hanc effectu carere. Schneidw. d. l. Zang. p. 1. c. 1. n. 222. & c. 2. n. 63.
† Debitor enim, qui non ſuo loco offert, minus offerre videtur,
neq; is creditori, qui non eſt in morâ accipiendi, utilitatem loci
auferre poteſt. l. 1. cum ſeq. & t. t. ff. de eo quod cert. loc. † Limi-
tantur tamen modò dicta, quod oblatio in alio loco fieri non
poſſit, niſi juſta cauſa ſubſit. Per l. 8. ibi niſi ex juſtâ cauſâ C. de ſol.
ut ſi conſtituto loco offerri non poſſit, ut puta, ſi locus ille eſſe
deſierit, bello fortè devaſtatus, direptus, ab aquis occupatus, aut
ſi intercluſis ab hoſtibus itineribus eò commeari non poſſit. Im-

B

poſſi-

- 49 possibilem enim nulla est obligatio. *l. 185. ff. de R. J. 2.* † Si creditoris nihil interfit eo loco solvi, officiat verò debitori. *l. 38. ff. de R. V. l. 9. ff. de serv. cum sim.*
- 50 V. † Offeratur opportuno tempore. *l. 39. vers. quid si inopportuno tempore. ff. de sol. l. 23. ff. de arbitr. Schneidw. Zang. d. l.* Si enim inopportuno tempore oblatio fiat, creditor oblatum accipere non tenetur. *arg. l. 6. ff. qui satisd. cog. Dn. Ludw. d. D. th. 8. lit. a.* † Quid si debitor ante diem solutioni præstitutum offerat?
- 51 Dist. Dd. vel dies adjectus est in gratiam creditoris, vel debitoris; priori casu non rectè offertur per *l. 122. ff. de V. O. l. 43. §. 2. ff. de leg. 1. l. 15. ff. de ann. leg. posteriori affirm. per l. 17. ff. de R. J. l. 16. ff. de sol. l. 4. §. 1. ff. de V. O.* Sutholt indistinctè affirmat *diff. 15. aph. 84. vid. Excell. Dn. D. Thomæ in not. ad Suth. d. aph. add. Dn. Schnob. Dn. Ludw. d. l. Tr. d. l. th. 2. lit. i. Dn. D. Arum. D. 23. th. 14. & exerc. Instit. 16. th. 1. & ibi alleg. Confer Taco à Glins d. tr. aph. 18. n. 6.* qui rectè monet, debitorem cautè facturum, si † pecuniam sive rem debitam testatò offerat. per *l. 6. ibi testibus presentibus l. 19. ibi post contestationem C. de usur. l. 1. ibi testib. adhibitis C. de suscept. præpos. Zang. p. 3. c. 2. n. 77.* quo debitor probare possit, si neget creditor pecuniam oblatam esse. *l. 2. ff. de probat. l. 1. C. eo.* † necessarium autè oblationis requisitū id non esse, rectè tenet Magn. Dn. Carpz. *praall. lib. Resp. 99. n. 20. & 21. contra Zang. d. tr. p. 3. c. 2. n. 77. & Schultz. tr. de obl. conf. & dep. cum tantum ad probationem oblationis pertineat, quā non est opus, si creditor eam non neget.*
- 52 VI. † Creditore pecuniam aliamve rem sibi ita oblatam accipere recusante, competens Judex pro decernendā citatione ad partem adversam, ut compareat ad recipiendum vel videntum fieri depositum, imploretur. *l. ult. ff. de L. Com. l. 6. C. de usur. cum ad omnem actum citandus sit is, de cujus præjudicio agitur. Dd. per l. 47. ff. de re jud.*
- 53 VII. † Pecunia creditore citato non comparente, vel comparente quidem, eandem tamen accipere adhuc injustè recusante, in præsentia judicis, vel personarū, quæ ab eo ad hunc actum sunt deputatæ, numeretur, numerata obsignetur. per *l. 1. §. 36. ff. de pos. l. fin. ff. de L. Commiss. l. 11. §. pen. ff. loc. cond. l. 28. §. fin. ff. de admin. & peric. tut. l. 6. l. 19. C. de usur. l. 9. C. de sol. l. fin. C. de lit. pign.*

pign. Schneid. d. l. Zang. p. 3. c. 2. n. 79. & seqq. add. Dn. D. Arum.
d. l. quod in favorem creditoris pariter & debitoris ita cautum,
est. Illius, ne pecunia pereat, ut si fortè subrepta, agere possit
contra depositarium d. l. 19. C. de usur. Hujus verò, ut cum saccu-
lus resignatur à creditore, videat totum esse solutum. d. l. 19.

IX. † Pecunia vel res debita sic solenniter obsignata in
loco publico deponatur. *l. 56. §. 1. ff. mand. l. 64. ff. de fidej. l. 19. C.*
de usur. ut sunt sacratissimæ ædes. l. 73. sub fin. ff. de procur. l. 7. §. 2.
ff. de min. l. 1. §. 36. l. 5. §. ult. ff. de pos. sepè d. l. 29. C. de usur. vel
ubi competens Judex eâ de re aditus pecuniam deponi jussit.

d. l. 19. add. l. fin. C. de L. Commiss. l. 81. ff. de sol. & c. † Hodie apud
quemcunq; judicem, vel privatum etiam hominem, fieri depo-
sitio consuevit. arg. l. 34. ff. de R. J. tutius tamen esse, ut Judicis
competentis jussu pecunia deponatur, monet Dn. Carpz. d. l. Resp.
99. n. 29. Deniq; necesse est, ut obsignatio & depositio duret, in-
que eâdem causâ permaneat. l. 19. ubi Dd. C. de usur. l. 1. sub fin.
C. qui potior. in pign. l. 8. vers. & hodie quoq; in eâdem causâ per-
manet C. de distr. pign. Schneid. d. l. Cl. Dn. Ludw. d. D. th. ult.

† Pauca de effectibus hujus solennis observationis subjici-
mus. Insignes autem effectus sunt quoad debitorem & credito-
rem. † Quod illum concernit, principalis effectus hic est, quod
per talem pecuniæ debitæ oblationem, obsignationem ac depo-
sitionem debitor ipso jure obligatione liberetur, non aliter, ac si
realiter ac naturaliter pecuniam creditori adnumerasset, eamq;
creditor acceptasset, sic ut denuò conveniri non possit. per *l. 1. §.*
36. sub fin. ff. de pos. l. 9. C. de sol. d. l. 19. C. de usur. l. 1. C. qui pot. in
pign. Ita post Br. Bald. & Dd. tradunt Don. Neguf. Schneidw. Wes-
Zang. & alii. vid. Excell. atq; Consult. Dn. Præses Exerc. 38. th. 43.
Dn. Carpz. d. l. n. 30. Glins d. tr. p. 1. aph. 20. Dn. Ludw. d. l. variè
dissent. Molin. †. Ex hoc effectu alii profluunt minus principales

1. Quod usuras debitor amplius præstare non cogatur. per *l. 28.*
§. fin. ff. de admin. & peric. tut. l. 1. §. ult. l. 41. §. 1. ff. de usur. l. 6.
l. 19. C. de usur. l. ult. C. de pign. act. Dn. Ludw. d. l. Dn. D. Arum. D.
14. th. 17. Tr. vol. 2. D. 2. th. ult. lit. C. † 2. Liberantur pignora &
fidejussores. d. l. 6. l. 9. l. 19. junct. l. 10. l. fin. C. de pign. act. l. 10. C. de
pign. & hyp. l. ult. C. de luit. pign. Wes. ad t. ff. quib. mod. pign. Undè
debi-

debitor rectè intendit pignoratitiam actionem, ad reddenda ea, quæ creditori pignori data. *d. l. fin. C. de luit. pign.* 3. post solennem hanc oblationem ea incipit esse periculo creditoris. *l. 72. ff. de sol. l. 19. C. de usur. Dn. D. Arum d. l.* † Effectus quoad creditorem duplex. 1. datur ipsi actio in rem utilis adversus pecuniæ depositæ, & quoscunq; possessores *d. l. 19. C. de usur. Et ibi Dd.* 2. Datur eidem actio depositi utilis adversus depositarium ex mente sc. & sententiâ juris civilis. *arg. l. pen. in fin. C. ad exhib.* Debitor enim ita deponit pecuniam, ut creditori poscenti restitueretur, ac proinde ex ipsius conventionem hanc actionem exercet. *Magnif. Dn. Carpz. d. l. 5. Resp. 100. n. 7. post Zang. Et alios.* In præsens hoc Catone contenti veniam huic nostro ausui deprecamur, quæ si non denegabitur, benè est.

Tantum,

Δόξα ἐν τῇ κλίῳ βροτέων σωτήρι ἀπάντων,
ὅς πάρα κ' διδάχῃς ἔργμασιν αἰὲν ἐμῆ.

Die Themis redet ihren Liebhaber

also an :

Ihr immer besser fort! Ich lobe dein beginnen/
Ich preise deinen Fleis; Wer Ehre will gewinnen/
Der schwinget sich empor und wendet seinen Sinn
Von erster Wiegen an zu meinem Tempel hin;
Wie du/ mein Freund auch thust; Alphonsus wird dir geben
Hier gleichfals auch Bericht: Durch faul und müßig Leben
Kan niemand/sagt er stracks/der Ehren edle Erohn
so leicht erlangen hier; Nun/ mein geliebter Sohn!
Fahr also rühmlich fort; nimb hier von meinen Händen
auch meine Treu und Pflicht: Wirstu die Zeit anwenden
So/wie du iho thust; So sol dein Name stehn/
(Denn Kunst verlacht das Grab) dort wo die Sterne gehn.

In höchster Eilfertigkeit seinem vielgeliebten
Freunde aufgesetzt von

Christoph = Erichen.



ULB Halle
002 392 003


3



TA → OL

VD 17







1651, 8^b
ANTE GRATIA!
JURIDICA

OBLA-
EBITI,

uctoritate
Amplissimi Jctorum
L. nutrice Salana

TE
sultissimo nec non
no
AMO Struben/
no, Prof. Publ.

xonico, Dicasterii Pro-
gravisimo; Domino Pa-
ore submissa mente
p, atatem.

abitur
HIUS, MÜCHL. TH.
croasi
horisq; suctis.

E
URENTIUS Kempff.
G. Ll.

1651, 8^b

